

# Bexta etas mundi

Anno mundi. 5473.

Anno christi. 274.

**E**uticianus papa natione thuscus patre maximo ex ciuitate lunensi post felicē pontificē sedit rome vir sanctissimus et eruditus. Instituit vt i alta/ri noue fruges bñdicerent: maxie vō saba et vne. Cōstituit itē ne q̄ martyres sepelire vellēt sine dalmatica collobio ve purpureo id facere auderēt se nesciēte preserti. Trecētos em̄ hic martyres se ppria manu sepelisse ferē. Verū vbi ex sacris ordinibus mense decembri habitis presbros. xiiij: diaconos quinq; ep̄os nouē creasset martyrio coronat. Et i cimiterio calixti via appia sepelif octauo kal. augusti. Sedit annū vnū: mensem vnū: diem vnum. Vacat tum sedes dies octo: Sunt qui scribunt eū annis octo mensibus decem in pontificatu vixisse. Damasus tamen prime sententie auctor est.

**C**aius papa natione dalmateus patre caio ex genere diocletiani impato ris primū pbi tpe fuit. deinde caio et carino impantibus vir vtiq; diuinus q̄ ordines i ecclia distinxit: quib⁹ tāq; gradibus q̄busdā ad ep̄atū ascende ret. hi erant hostiarius: lector: exorcista: acolitus: subdiaconus: diaconus p̄sbyter: ep̄s. Idē q̄z (vt quondā fabianus) regiones diaconis diuisit: q̄ res gestas martyru cōscriberēt. Cōstituit etiā ne pphanus quispiā sacris iniciatū i iudiciū vocaret: neue paganus aut hereticus accusandi xp̄ianū hoīem ptātes haberet. Tandē orta in xp̄ianos tpe diocletiani tanta psecutione quāta nūq; antea. in subterraneis locis quas criptas vocant diu latuit. Captus deinde a psecutorib⁹ vna cū gabiniō fr̄e eiusq; filia susanna martyrio coronat. et via appia i cimiterio calixti sepelif decio kal. maij. Sedit aut̄ caius annis. xi. mēses quatuor: diebus duodecim: quo quidē tpe presbros q̄nq; et viginti: diaconos octo ep̄os quinq; creauit. Quater ordinibus sacris mense decembri habitis. Vacat tum sedes dies vndeci. hunc tñ q̄ndecim annis sedisse eusebius scribit

Paulus samosaten⁹ ep̄us

**P**aulū quēdā samosatenū ep̄m virū vtiq; eruditissimū p̄ bec tpa ab ortho/ dora fide desciscētē arthemouis heresim excitasse dicit. que q̄dē heresis marie virginitati p̄dicebat: asserēbatq; qd post xp̄m natū se viro suo ioseph cōmiscuisse et alios filios p̄creasse. hic itaq; paulus in demortui ep̄i locū anthioce nus ep̄s creatus supbe nimū sese habebat. Interdū em̄ p̄e supbia et lras relegat et dictabat epl̄as: multis cōstipato agmine p̄cedētib⁹ ac subsequētib⁹. vñ p̄pter hoīs arrogātiā christianā religionē pleriq; detestabant. Sed qd facerēt nra tēpestate qua nil vel supbie vel pompe ne dicā luxurie addi pōt. Si tot adolescētes sericatos in eq̄s p̄ferocibus viderēt. si subsequētū presbrosū turbā cernerent clamidibus optimi cuiusq; coloris hincinde ab equis deauratj pendētib⁹. Excrarent eos ac dicerēt nil eis cū xp̄o p̄ter similitudinē quandā religionis cōe esse. Is aut̄ p̄dicte heresis asserē inflatus opinioē suis ipsius ac tribunal alti⁹ q̄rēs: negabat dei filiū e celo descēdisse: s̄ a maria cepisse originē et initiū e terra habuisse. hāc obrez i palio anthioceno oīm ep̄oz q̄ aderāt p̄sensu publice dānar⁹ est. maxie vō gregoriū cesariēsis ep̄i viri sc̄tissimi snia q̄ tāto palio interfuit: et postea p̄ fide xp̄i martyriū penā subiit.

**M**anes qdā hereticus gente p̄sa vir vtiq; callidus et diabolicus vita et moribus barbarus: his t̄pibus fuit et multa dāna xp̄i ecclesijs intulit. Is ei p̄fiteri se xp̄m ausus est: ascitis in societate duodecim discipulis quo fidē rebus in oībus faceret: et ad interficiēdas deceptor aias infandi dogmatis sui ferale cōmentū de sacrilegis et fabulosis mēdacj̄s texuit. Et p̄ has insanarū opinio nū ruinas se suosq; seq̄ces decepit: vt falsi corporis fingeret xp̄m dicens (vt leo papa testat) cū nihil in se solidū: nihil verū hoīm oculis actibusq; p̄buisse sed si nulate carnis vacuā imaginē demōstrasse: hic etiā et seq̄cib⁹ suis duo principia esse affirmabat vnū. s. boni alterū mali: vnū lucis et alterū tenebrarū. Testamē tūq; vet⁹ respuēs et nouū solū recipiēs. ab eo manicheoz heresis exordiū sumpsit. vt aut̄ cū impugnat̄ manes ob impietate et supbiā: ita maxime laudat̄ anatolius laodicens ep̄iscopus. p̄pter religionē et doctrinā.

Cesari⁹ et alij martyres

**F**elix p̄sbyter et eusebi⁹ monach⁹ his psecutionibus apud terracinā campanie vrbē p̄ fide xp̄i interempti sunt. nā eusebi⁹ cū sanctos martyres iulianū et cesariū p̄sbros sepelisset: et hui⁹ rei grā mltos ad fidē cōuertisset q̄s predict⁹ felix baptizauit: cū eodē felice papa detent⁹ ad forus iudicis ignominiose p̄ducif cū oīno sacrificare nollet decollat⁹ est nonis nouēb. Cesariū aut̄ diaconū et iulianū presbyterū per vnā diem ante predictos in eadē vrbē interfectos fuisse constat. Ipse em̄ cesarius diaconus cuz multis diebus i custodia solus maceratus fuisset. postea cum ipso iuliano in saccum missus et in mare precipitatus kal. nouembriis martyrium compleuit. Adiochus quoq; presbyter et tyrasius diaconus ac felix subdiaconus olim beati polycarpi ep̄isco pi discipuli apud augustudunū galliarū vrbē glorioso martyrio coronant quos polycarpus ex oriente in gallias docendi gratia direxerat. Tandem vectibus p̄ forati obierunt.

## Linea Būmoz pontificum

Euticianus



Caius

